

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

In statuum amoris. Emblema CXIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

In statnam Amoris .
EMBLEMA CXIV.



QVIS sit Amor, plures olim cecinere Poetae,
 Eius qui vario nomine gesta ferunt.
 Conuenit hoc, quod velle caret, quod corpore paruus:
 Tela alasque ferens lumina nulla tenet.
 Hec ora, hic habitusque Dei est. Sed dicere tantos
 Si licet in vates, falsa subesse reor.
 Eccur nudus agat? Diuo quasi pallia desint,
 Qui cunctas domiti possidet orbis opes.
 Aut qui quaso niues, Boream que euadere nudus
 Alpinum potuit, stricteque prat a gelu?
 Si puer est, puerumue vocas, qui Nestora vincit?
 An nosti Aser ei carmina docta senis?
 Inconstans puer hic obdurans pectora, quae iam
 Trans adyt, numquam linquere sponte potest.

At pharetras & tela gerit, quid inutile pondus?
 An curuare infans cornua dira valet?
 Alas curve tenet, quas nescit in aethera ferre?
 Inscius in volucrum flectere tela recur.
 Serpit humi, semperq; virum immortalia corda
 Ledit, & haud alas saxeus inde mouet.
 Si cecus, vittamq; gerit, quid tanta ceco
 Vtilis est? ideo num minus ille videt?
 Quisve sagittiferum credat qui lumine captus?
 Hic certa, ac caci spicula vana ~~†~~ mouet.
 Igneus est, aiunt, versatq; in pectore flammam.
 Cur age viuit adhuc? omnia flamma vorat.
 Quinetiam tumidis cur non extinguitur vndis
 Naiadum, quoties mollia corda subit?
 At tu ne tantis capiare erroribus, audi:
 Verus quid sit Amor, carmina nostra ferent.
 Iucundus labor est, lasciuia per otia: signum
 Illius est nigro punica glans clypeo.

† mouet.

COMMENTARI I.

I. EFFINGITVR ab Alciato statua Amoris secus quam ab alijs tradi solet: nempe puer nudus, sine alis, sine armis, qui clypeum gerat, in cuius planicie nigra expretium sit malum Punicum. Quare clypeus fuisse niger exprimendus, vt in Rouiliana editione.

II. FIGMENTVM de Amore, vt sibi repugnans & *αδύρατος* particulatim reprehendit, ostenditq; quam sit absurda Cupidinis descriptio, qualis circumfertur ex opinione veterum poetarum: Nam nuditas & vestitū priuatio repugnat Dei naturae rerum omnium copia beatae. Puer non est, qui sit annosior Nestore: inconstans non est, qui sic obstinate obfirmet animos: pharetratus non est, quia puer bene iaculati nescit; neque alatus, qui volandi sit impotens, seq; humo tollere non possit: non est sagittifer, vt qui captus lumine: igneus non est, quia ignis omnia depascitur. Tandem apponit veram Amoris descriptionem, eaque naturalem, vnā cum eius schemate. Sub quibus omnibus inuolucris graphicè exprimitur amatorum vita miserissima; quae sigillatim omnia explicabimus, si pri-

us poetarum quorundam elegātem Amoris descriptionem praeniserimus. Et quidem in primis Marulli:

Quis puer hic? Veneris. Plena qua causa pharetra est?

Nō bene prouisus certa q̄ arma mouet.
 Cur sine veste Deus? Simplex puer odit a-

ptum.
 Vnde puer. Pueros quod facit ille senes.
 Quis pennas humeris dedit? Inconstantia.

Quare
 Nulla Deo frons est? Signa inimica fugit.
 Qua fors eripuit lucē? Immoderata libido.
 Cur macies? Vigilis cura, dolorq; facit.
 Quis cacum prait? Ebrietas, Sopor, Otia,
 Luceus.

Qui comites? rixa, bella, odia, opprobriū.
 Qui caelo dignati? Homines. Qua causa coegit?

Mitior auctore est credita culpa Deo.
 Heu curuum genus, & veri corda insciant?
 quo ius

Easq; scelus miseri si scelere abluimus?
 Addam & Augurium poetae certe non illi.
 pidi eadem de re carmen:

Angelus innūti qui cuspide semp oberret,
 Dic

Descri-
 ptio Amo-
 ris ex Ma-
 rullo.

Auguria
 ni epigra-
 ma d
 Dic

Dic mihi, te viduū cur tua mater alā
Nudo homines, qui noſtra petunt delubra.

Rubenti

Cur ſtant in dextra ſpicula? Trado necē.
Cur puer es? Pueros facio quoſcūq; ſagittis
Saucio, ſive volans ignibus vro meis.

Ventofas humeris cur ſixit Iupiter alas?

Eſt quouis leuior ſtamine quisquis amat.
Cur tecum ſacula? Quia viuida corda
fretumq;

Et iuga montofa, et ſcrupen ſaxa cremo.

Cacus eſt an claro, dic, lumine? Cacus a-

mator,

Non ego: luce poli lux mea clara magis.

Puſceris ambroſia, ſeu neſtare? Puſcor a-

manis

Blanditijs, riſu, ſedulitate, iocis.

Cur tibi pulchra parens? Quia denſos for-

ma calores

Ingenerat; forma mucre naſcor ego.

Cur maris è fluctu prognata eſt mater? A-

mator

Vt mota in ſiſis fluctuat vnda vadis.

Dic, tua non vilis domus? an cultiſſima?

Nulla

Tecta colo; hiberno ſub Ioue dego miſer.

Dic ubi ſias, dum laſa tuo ſunt membra

volatu?

Crede mihi, nūquam me leuis ala vehit.

Sed quem non delectaret Amor fugitiuus

Politiani, quem è Græco Moſchi, ſermone

Latino loquentem fecit, hoc modo?

Cū Venus intento natum clamore vocaret,

Si quisquam in trinijs errantem vidit A-

morem,

Hic fugitiuus, ait, meus eſt, precium feret

index

Baſtollū Veneris: quod ſi ad me duxeris illū,

Non tantum dabo baſtolum, plus hoſpes

habebis.

Inſignis puer eſt: en omnia percipe ſigna.

Non eſt candidulus, verū ignem imita-

tur, ocelli

Acres flammeoli, mala mens, ſuauiſſima

verba.

Quod loquitur, non ſentit idem, vox mel-

lea: ſed cūm

Ira inflamatur, tū mens eſt aſpera, fallax,

Fraudator mendax, ludit crudele puellus.

Criſpulus eſt olli vertex, faciesq; proterua,

Exiguaq; manus, procul autem ſpicula

torquet.

Torquet in umbriferumq; Acheronta, &

regna ſilentium.

Membra quidem nudas, mentem velatus;

auisq;

More quatit pinna, & nuda bos, mone per-

sit illos.

Sape viri preſſans præcordia, ſape puella.

Arcum habet exiguum, ſed & arcus impa-

ſta ſagitta eſt.

Parua ſagitta quidem, ſed caelum fertur

ad vſq;

Parua pharetra olli dependet, & aurea

tergo.

Sunt & amari inuis calami quibus ille pro-

teruus

Me quoq; ſape ferit matrem: ſunt omnia

ſaua:

Omnia, ſeq; ipſa multo quoq; ſanius argit.

Paruula ſax olli, Solè tamen vrit & ipſum.

Verbere ſi prendes, age, ne miſerare puellū.

Si ſilentem aſpicias, mox ne fallare caueto.

ſin ardebit, magis atraho: baſia ſi fors

Ferre volet, ſuge tu, ſunt noxia baſia, in ipſis

Multa venena labris: ſi fors ita dixerit:

Heus tu

Accipe, nempè tibi cuncta hac mea largior

arma.

Ne contingat, caue; fallacia munera amoris:

Omnia quippe igni ſunt infecta illius arma.

Elegantiffimè quoq; Amorem deſcripfit

Propertius lib. 2. Elegia de Amore:

Quicumq; ille fuit puerū qui pinxit Amore,

None putas miras hunc habuiſſe manus?

Hic primum vidit, ſine ſenſu viuere aman-

tes,

Et leuibus curis magna perire bona.

Idem non fruſtra ventofas addidit alas.

Fecit & humano corde volare Deum:

ſcilicet alterna quoniā iactamur in vnda,

Noſtraq; non vilis permanet aura locis.

Et merito hamatis manus eſt armata ſa-

gittis,

Et pharetra ex humero Gnoſta utroque

iacet.

Ante ferit quoniam tuti quā cernimus

hoſtem,

Nec quiſquā ex illo vulnere ſanus abit.

Phornutus in libro de Nat. Deor. ſic loqui-

tur de Cupidine: Puer eſte fingitur, quod

planè mente careāt, deceptioniq; obnoxij

ſunt, qui amant. Alatus eſt, quoniam ple-

runq; cædis eſt autor: vel quod tanquam

aut in hominum mētes impetuoſè inuo-

let. Sagittas tenere fingitur, quia qui cius

ſagittis vulnerantur, non ſecus ac reuera

percuſſi dolent: neq; appropinquare, aut

attinē

Amor ſu-
gitiuus
Politia-
ni

Phornu-
tus de
Cupidine.

attingere, quos amant, audent, verum longè eos intuentur, stupentes. Fax ei traditur, quia videtur inflammare animos & parat, id est, Cupidinem dici existimant ab inquisitione eorum, quos amantes inquirunt: *ἔπος* enim significat inquirere. Hæc & alia Phornutus. Vnde licet intueri, bene expressisse veteres amorem, non quod eum ita crederent, aut esse, aut viuere, sed ut commodius eius effectus nobis ostendere possent. Quapropter nonnulli è veteribus commentitiam istam Cupidinis diuinitatem doctè vereque perstrinxerunt: vt Archias poeta:

ὃν ὁ ἔπος ἀδίκηι μερόπων γένος, εἰδ' ἀνοήσοι,

ἢ χυαῖς ἀνδρῶτων ἐστ' ὁ ἔπος πρόφασις. id est:

Non amator est qui afficiat iniuria humanum genus, sed intemperantes:

Animis enim hominum hanc occasionem præstat amor.

Nullum amor offendit, prauis occasio sed sit
Mentibus ille hominum, quos mala multa iuuant.

Quasi diceret sine vlllo verborum circuitu, non amor, qualis à poetis celebratur, fictitijs ille pulsio, lædit homines, sed intemperantia. Refer huc Eidyllion Theocriti 12. Alciatus autem iocosus argumentis confutat ea, quæ ab antiquis dicta sũt, non quo veterem picturam improbaret, sed vt commodius quid sit amor, ipse posset declarare. Quod neq; sine autore fecit, siquidem Seneca in Hippolyto sic ait: Deum esse Amorem, turpiter vitio fauens
Finxit libido: quog; liberior foret,
Titulum suori numinis falsi addidit:
Motum per omnes silicet terras vagum
Ericyna mittit, ille per calum volans
Proterua tenera tela molitur manu,
Regnumque tantum minimus in superos
habet;

Vana ista demens animus ascendit sibi,
Venerisq; numen finxit, atq; arcus Dei
Quisquis secundis rebus exultat nimis,
Fluitq; luxu, semper insolita appetens:
Hunc illa magna dira fortuna comes
Subit libido. &c.

Idem in Otauia:

Volucrem esse Amorem fugit, immittit Deū
Mortalis error, armat & telis manns,
Arcusq; sacros instruit saua face:
Genitumq; credit Venere, Vulcanus satum.

Vis magna mentis, blandus atque animi calor.

Amor est, iuuenta gignitur, luxus, otio:
Nutritur inter lata fortuna bonas.

Quem si fouere atq; alere desistas, cadit.

Breuiq; vires perdit extinctus suas:
De amore, deq; eius causis & pictura latè & pulchrè Alex. Aphrodis. problem. 37.

[VIS sit Amor &c.] Multa tam Græci quàm Latini poetæ cecinerunt, quid sit Amor, quod esset superuacaneum adducere. Sed præter iam adductos eleganter hanc materiam tractarunt Virgilius de Venere & Baccho, Ouidius 1. Metamorph. Apuleius de Asino aureo, & quàm plurimi alij inferius nominandi.

[Vario nomine] Propter diuersa vel adiuncta, vel effecta, quæ studiosè in Syntag. historiae Deor. explanat Gyraldus.

[Conuenit hoc] Nonne hoc est absurdū, quod nudus, quod puer, quod arcitenens, quod alatus, quod oculis captus; Præparatio ad refutationem fabulæ.

[Hæc ora, hic habitus] talis Amor describitur à poetis, quæ fictio quam sit absurda, mox ibo ostensum.

[Eccur nudus agat.] Maxima, inquit, est impudentia eum nudum pingere, cum Dij nulla præmatur egestate. Est ergo hæc prima absurditas. Ea tamen nuditas importunam & perpetuò vigilantem amantium, pertinaciam arguit: vel manifestam eorū insaniam prodit. Sic aliquis ex recentibus: Cur te cum nullo corpus velamine mōstrat? Stultitia insani manifesta patefcit amāis. Nudus porro pingitur Amor, quia hic affectus tegi & dissimulari non potest. Ouidius in epistolis:

Sed male dissimulo: quis enim celauerit ignem.

Lumine qui semper proditur ipse suo? &c.
Qua licet & possum, luctor celare furorem:

Sed tamen apparet dissimulatus amor.

Quo sensu dixit Antiphanes Comicus, durū esse, quæ tegi occultariue non possūt, amorem nempe & vinoleriam, quod si quis temerè neget, statim agitur medicij. Et ea imprimis causa factum puto, vt obiter dicam, qua Bacchus in statu omnibus pingatur nudus, sicuti supra docuimus. Vel demum Amor nudus fingitur, ad exprimendam eius mollitiem, irritat enim corporis nuditas lasciuia appetitus.

[Qui cum illis domiti.] Hinc dictus est

warda.

Alciati
consilium
in hoc
Emble-
mate.

Amor
cur nu-
dus.

Nullum
periculi
detrahit
amorem

III.

ἄνθρωποι, ut superius annotauimus.

Aur qui quaso niues.] Si nudus, non poterit frigora perperi. Alterum repugnans. Nil est quod timeant amantes, dum frui rebus amatis se posse sperant? Sic Plautus sub amatoris persona:

Neq; vlla mihi obstat amnis, neq; mons, neq; adeo mare:

Nec calorem, nec frigus metuo, neq; vntum, neq; grandinem:

Imbrē perpetiar, laborem sufferā, solē, sctim; Non concedam, neq; conqueiscam vquam,

neq; noctu, neq; diu,

Prius profectio quam aut amicam, aut mortem inuestigauero.

Tibul. item eleg. 1.

Quisquis amore tenetur, eat tuusq; sacerq; Qua libet: insidias non timuisse decet.

Non mihi pigra nocent hiberna frigora, noctis,

Non mihi cū multa decidit imber aqua. Proper. lib. 3, eleg. 15.

Non tamen est quisquam sacros qui ladat amantes,

Scironis media sic licet ire via.

Quisquis amator erit, Scyticis licet ambulet oris,

Nemo adeo, ut noceat, barbaro esse volet. Luna ministrat iter, demonstrant astra saelebras;

Ipse amor accensas perentit ante faces. Saeva canum rabies morsus auertit biantes.

Huic generi quouis tempore tuta via est: Et Seneca in Hippolyto:

Non me per alias ire si iubeas niues, Pigeat gelatis ingredi Pindi iugis:

Non si per ignes, & insecta agmina, Cuncter paratis ensibus pctus dare.

Boreamq; Alpinum] id est, ab Alpibus spirātem, quod epitheton etiam Virgilius illi iungit.

Puerumne vocas] Puer est ob amatoꝝ varietatem & inconstantiam, qualis inest puero: vel quod amantes puerciles habeant sensus, & careant iudicio. Ouidius 1. Amorum, eleg. 10.

Et puer est, & nudus Amor, sine sordibus annos,

Et nullas vestes, ut sit apertus, habeo. Moschus de Amore fugituo: ἴσι δ' ὁ πῶδας περισταμος. Est autem puer insignis.

Qui Nestora vincit?] Senem quemque sapiētissimum. De Nestoris atate diximus supra Emblem. 25. Hesiodus & Orpheus

Poetae Graeci vetustissimi, mortalium & immortalium mētes amore capi & domari tradunt. Ficin. in Platon. Conuiuium. Sed id non est satis, nisi aliquid aliud quaramus. Amor puer pingitur, cū Nestore sit antiquior, Hesiodo teste, qui in Theogonia canit, Chaos, Tellurem, Tartara, Amorem Deorum primos exiisse. Verba haec Hesiodi sunt:

ἦτοι μὲν πρῶτισα χάος γινετ', αὐτὰρ ἔπειτα

γαί ἑυρύστερος, πάντων ἔδος ἀσφαλὶς αἰεὶ ἀθανάτων, οἳ ἔχουσι κάρη νιφθόεντος ὀλύμπου,

τάρταρά τ' ἠερόεντα μυχῷ χθονὸς εὐρυθέης,

ἠδ' ἔπος, ὃς κἀδίδισας ἐν ἀθανάτοισι θεῶτα λυσιμελῆς, πάντων τε θεῶν, πάντων δ' ἀνθρώπων

δάμναται ἐν σὴνδεσι γέον, καὶ ἐπίφορα βελήν.

Principio confusa chaos, sine imagine moles Exiit: hinc vai vis tellus apparuit avuis: Nam prius ipsorum paucimētium facta Deorum est,

Quondam qui caelo sedes habuere supremo. Tartara debinc vna sūt visa debiscere terra Et mox pulcher Amor surgit, mediusque Deorum

Cernitur; hic illos forma supereminet oēs. Membra Deus lato soluit Diuumq; virūq; Conssium, atq; ipsam domitat sub pctore mentem.

Vel aliter: Ante chaos natum, superū firmissima sedes; Inde solum terra lata: tum Tartara nigra

Intra adytum terra, & seralia claustra barathri.

Inde ortus supos inter pulcherrimus omnes Dulce Deum, pariterq; virum gratumque Cupido

Solamen, qui corda domat, mētesq; seroces. Et Orpheus Argonauticis:

πρῆσβυτά τιν τε καὶ αὐτοτελεῖ πολύμητιν ἔρωτα.

Ergo, qui Nestora vincit, sic interpretor, qui Nestora vincit atate, qui sit Nestore annosior, denique qui senior Iapeto, vt ex Luciano meminimus iam supra. ὁ ἔπος ἀρχαιότερος ἀπίτα. Vide adagium, Iapeto antiquior

Ascras senis] Hesiodi, qui ab Ascra Beotiae pago prope Heliconem oriundus fuit, terra misera & pessima, vt ipse ait in Geor.

ἀσπρη

Amor qua ratio me vincat Nestora atate.

Hesiodus.

Nullum periculū detrectāi amantes.

Amor sur puer.

ἔσκηρ χεῖμα κακῆ δῖπρῶ ἀργαλίῃ ἐδῖ-
 πῆτ ἰσθλῆ.

Hesiodi vitam & mortem elegantissimo
 earmine perstringit Politianus in Nutri-
 cia, ex illo versu, *At tibi Dadaleos &c.*

Inconstans puer] an inconstans habend-
 us, qui sic pertinaces & obduratos red-
 dat animos? Ad id respexit Ovidius de
 Arte:

Error &
 incōstan-
 tia amo-
 vis.

Errat, & in nulla sede moratur amor.
 Hoc de se fallus est Horatius lib. 4. Carm.
 Od. 1.

Intermissa Venus diu
Rursū bella moues? parce, precor, precor.
Non sum qualis eram bona
Sub regno Cynara. Desine mollium
Mater seu Cupidinum,
Circalustra decem flectere mollibus
Iam durum imperijs &c.
 Ad idem videtur respexisse I. epist. ad Me-
 cœnatem:

Non eadem est atas, non mens. ----
Solue senescentem maturè sanus equum.
 Sobriè ille quidem post emensum pelagus
 mollium voluptatum: sed sunt tamen ple-
 riq; senes penè capulares, quorum in me-
 dullis regnat amor vuidus, turpis tamen,
 & risu, quàm misericordia dignior: at eū
 ludum, seu lasciuiam, seu morbum faci-
 lius est reprehendere, quàm sistere, aut le-
 niire; & bonorum virorum aliquando hic
 morbus est. Inconstantiam porrò amoris
 bellè expressit Plautus Trinummus:
Nihil sic celera est, nec volat ut amor,
Atq; is mores hominum moros & morosos
efficit:

Minus placet, magis quod suadetur; quod
dissuadetur, placet.

Cum inopia est, cupias: quādo eius copia est,
tantum non velis.

Ille qui expellit, is compellit: ille qui nō sua-
det, vetat.

Insanum est & malum in hospitium diuer-
ti Cupidinis.

Hic obdurauit pectora] Idem fermè in
 Hippolyto Seneca:

Qui blandiendo dulce nutritiū malum,
Serò recusat ferre quod subijt iugum.

Theophrastus: ἔργος δῖς ἰν ἀλογίῃς τινὸς
 ἐπιθυμίας ὑπερβολῆ, τὰ χεῖρα μὲν ἔχε-
 σα τὴν πρόσοδον, ἐραδία δὲ τὴν ἀπό-
 λυσιν: Amor est irrationalis cuiusdam
 cupidinis excessus, qui velocem habet acces-
 sum, tardum autem discessum. Vnde tri-

tum illud, Amor animi arbitrio sumitur,
 non deponitur. Id nō possum docere com-
 modius, quàm ex eius arte, qui se egregiū
 doctorem præstitit naturæ amoris expli-
 cande: sic enim eleg. 10. lib. Amor. 3.

Lucratur, pectusq; leue in contraria ducit:
Hac amor, hac odium: sed puto vincet
amor.

Odero, si potero: si non, inuitus amabo;
Nec iuga taurus amat, qua tamèn odit
habet.

Sic ego nec sine te, nec tecū viuere possum,
Et vi deor voti nescius esse mei.

Quicquid eris, mea semper eris: tu selige
tantum,

Me quq; velle velis, anne coactus amen?
Linthea dem potius, ventisq; serenibus utar,
Vt quamuis nolim, cogar amare tamen.

Idem eleg. 2. primi:

---- haferunt tennes in corde sagitta:
Et possessa ferus pectora versat Amor.

& eleg. 18.

---- tener ausuros grandia frangit amor:
Sape me & dixi, tandem discede, puella:
In gremio sedit protinus illa meo.

Sapè pudet, dixi; lacrymis vix illa retēris,
Me miseram, cur te, dixit, amare pudet?

Implicuitq; suos circum mea colla lacertos,
Et qua me perdunt oscula mille de dit.

Vincor: & ingenium sumptis renouatur ab
armis,

Resq; domi gestas, & mea bella cano.
 Sic Propertius:

In me tela manent, manet & puerilis i-
mago:

Sed certè pennas perdidit ille suas:
Euolat è nostro quoniam de pectore nusquā,
Affiduoq; meo sanguine bella geris.

Idem libro 2.

Errat, qui finem vesani quarit amoris,
Verus amor nullum nouit habere modū.

Eundem affectum expressit Catullus in
 Lesbiam:

Odi et amo: quare id faciā fortasse requiris?
Nescio, sed fieri sentio, & excrucior.

Quod idem apud Marullum reperio, sed
 fusiore Musa:

Odi te, mihi crede, quantaunque es:
Odi confiteor, Camilla; sed quam

Et odi, & magis in dies magisque
Velim odisse: sequi, atq; amare cogor:

Sic me amor retrahit tuus, trahitq;
Sic quem sanctia fugas proterua,
Tam rarè reuocas decore forma;

Ex senarijs veterum :

Amor extorqueri non potest, elabi potest.

At pharetras & tela geri.] arcitenēs seu pharetratus amor, idemq; puer. Aliud absurdum, neque enim puer arcum curuare potest. Xenophon idcirco Cupidines sagittarios fingi ait, quod formosi & formosæ etiam è longinquo loco vulnerent, nimiti oculis ipsis tamquam sagittis eminus in re amatam emissis: ἴσως δὲ καὶ οἱ ἔρωτες τοῦτο εἶπεν οἱ καλοὶ τιτρώσκουσι. Propertius: Et meritiò hamatis manus est armata sagittis :

Et pharetra ex humero Gnoſſia utroque iacet .

Horat. Carm. 2.

Semper ardentis acuens sagittas

Cote cruenta .

Mofchus in amore fugitio :

ἢ χρύτερον περὶ νῶτα φαρέτρων, ἔνδεδεῖσθ' ἰντὶ

τοῖ πικροὶ κάλαμοι τῶς σολάκι κ' ἢ καὶ τὸ τρώσκει. id est :

Et arcum ex humeris [fert] pharetram, intus autem

Amari calami, quibus sepe me lauciat .

Parna pharetra olis depedit & aurea tergo, Sunt & amari intus calami, quibus ille protervus

Me quoq; sepe ferit matrem .

Theocritus in Eidyll. ο ἔρωσ δραπέτης, ait, Amori pharetram tribui plenam telis, quia vulneret hominum animos multis certè modis. Origenes hoc figmentum allegoricè exponit: ait enim pharetra significari eor, telis cogitationes, arcu os & la bella, que habet aliquam cum arcu similitudinem, adeoq; ipsa verba & orationem, quibus omnibus dominatur amor. Huc facit illud Pindari ex Olymp. 2.

πολλὰ μοι ἔπι ἀγκῶν
vos ὀκία βίλη
ἔνδον ἰντὶ φαρέτρας
φανᾶντα σὺνετοῖσιν ἴσθ
δι τὸ πᾶν ἱρμυνίαν
χατίζηι. id est :

Multa mihi [sunt] sub cubito
Celeres sagitta
Intra pharetram
Sonantes prudentibus; apud
Vulgus vero interpretibus
Indigent .

Intelligit Pindatus pulchra animi sensa,

quibus se faretur ornatum & excultum. & oratione disertata ad victorum laudes celebrandas. Sed de his satis .

Alas curve tenet.] Cicero De nat. Deorum, pennatum Cupidinem vocat. ut Orpheus & Plato in Phædro σπερόντα, idq; propter frequentissimas in eo vicissitudines rerū, ait Pierius in Accipitre. Alexan. Aphrodisæus problem. 37. rat onem reddit, propter instabilitatem nempe, & leuitatem. Ouidius initio 2. De arte : Magna paro, quas possit amor remanere per artes

Dicere, tam vastæ peruagus orbe puer .
Et leuis est, & habet geminas, quibus enolet, alas :

Difficile est illis imposuisse modam .
Secundo Amorum 9. eleg. sic :

Tu leuis es multoq; tuis ventosior alis :
Gaudiaq; ambigua dasq; negasq; fide :
alloquitur Cupidinem . Eubulus apud Athenæum lib. 13. figmentum hoc ridet: cuius senarios propter elegantiā huc cōferre non piger :

τίς ἦν ὁ γράφας πρῶτος ἀνθρώπων ἄρα
ἢ κροπλάσῃσας ἔρωθ' ὑπόπτερον ;
ὡς ἔδεν ἴδει πλὴν χελιδόνας γράφειν,
ἀλλ' ἦν ἀπειρος τῶν τρώπων τᾶν τῶ δεῖ.
εἰς γὰρ ἔτε κέρως, ἔτε ῥάδιος
ἀπαλλαγῆναι τῷ θίροντι τὴν νόσον,
βαρὺς δὲ κομιδῆ. πῶς ἂν ἐν χεῖ πτερά;
τοῦτο πράγμα λήρος ἦν, ἀν φήσῃ τις.
id est :

Quis omnium primus virorum pinxit, aut Alatum Amorem finxit in cera prior ?
Hirundines solum sciebat pingere :
Mores nec ille norat, aut mentem Dei .
Nec est enim leuis, nec est is qui celer Morbum ferentis auolet praeorāis :
Grauisq; valde, qui sit ala ut sint ei ?
Nuga mera sunt hæc: quis ergo perferat ?
Inscius in volucrum &c.] Non potest auceps esse, aut aues telo ferire, quorsum ergo tela, vel sagittæ ?

Flectere tela iecur.] Philosophi libidinis vim & sedem præcipuam in iecore putant contineri, quod Lactantius in Opificio Dei tradidit. Sic etiam Mathematicum profectores censent à Venere iecur ipsum regi; qua ratione sedem amoris, poetæ iecur agnoscunt, Cupidinemq; iecur sagittis appetentem vlceraentemq; suis queruntur carminibus. Horatius 1. Epistolarum :
Nō ancilla tuū iecur vlceraes vlla, puerne serpit

Cur alas
tuas
Amor .

Iecur se-
des libi-
dinis .

Cur pha-
retratus
Amor .

Allegoria
armorum
Amoris .

Serpis humi? humi graditur, semperque hominum genus ledit; neque se potest humo tollere, cum sit laevis. Repugnantia sunt, quibus superuacaneam Amoris eiōvā docet.

Si cacus, vitā amq; gerit? Si fit oculis captus, cur oculos haber opertos vitā, vel te- nia? id enim nihil ad rem facit. Qui re ip- sa cæcus est, non potest magis oculorum priuari vtu, si vitā obtendatur. Cæcum, nō solum oculis captum, sed & infidiosū, & occultē malū; vel laevis & taciturnus quid veteres dicendum existimantur. Vir- gil. 6. Aeneid.

Cacū qd.

Amor- cis ca- cis.

Tania.

Caca rogens filo vestigia. Sifenna 4. histor. Subito mare subhorre- scere, cæcosq; fluctus in se prouoluere le- uiter occipit. Idem alio loco. Cæcum ve- teres pro improvido dixerunt. Varro 4. de vita populi Romani. Neq; id cæci Consul- les fecissent. Sed Amoris caritas impediā hominis rationem ostendit; nec enim mo- dō τυφλός, sed & τυφλοποιός έρωσ. Theocritus Eidyl. 10. Τυφλός δ' άκ άυτός δ' πλόςτος, αλλά και άφρόντισος έρωσ. hoc est: Cacus non solum Plutus, verum etiam delirus Amor. Propertius 2. Elegiar. Ante pedes cæcis lucebat semita nobis. Scilicet infans nemo in amore videt. Ouidius in Epistolis: Quid deceat non videt ullus amans. Non enim aduertunt quod tendant, sed so- la passione ducuntur.

Tania] Tæniā, ait Verrius Flaccus, esse ornamentū lanceum capitis honorati; Seruius verò ea Virgij verba declarans, Puniceis ibant eum in i tempora tænis. ait, vitis roseis: & significat lemniscatas coronas, quæ sunt ex frondibus, & discolo- ribus fascijs, & sicut Varro dicit, magni honoris sunt. Sed ponitur ibi per synecdo- chen, quia extremitas pro tota vitā poni- tur. Hoc loco pro panniculo, quo oculi Cupidinis velantur, accipiendum. Citatur illud Enniamum:

Volans de celo cum coronā tænijs. Quisve sagittiferum credat? sagittifer aut iaculator minimè esse potest, qui sit lumine captus. Absurdum aliud percolla- tionem dissimilium. Hic certa, ac cæci etc.] Versum hunc sic legito: Hic certa, est cæci spicula vana mouent. vi rectissime admonet Pignorijs, & ante

ipsum editio Stockhameri habet. Iacula- tor visu scõpum aliquem sibi certum pro- ponit, cæcus verò id non potest.

Igneus est? Qui igneus seu flammeus Amor, cum omnia ignis depascatur? Dici- tur verò igneus Amor ab effectis, vt iam dictum est. Flamma sine Vulcano. Iunius Cent. 7. Prouerb. 87. De amore igneo, aut potius amoris igni, è multis, quæ mihi ad alia properantem occurrunt, pauca seligam. Antipater Sidonius:

Amor è igneus.

μη κλαίων τόν έρωτα δοκει, τηλίμβροτε, πείσειν, μηδ' άλίγη παύσειν ύδατι πύρ ά- πτείεσ, χρυσός έρωτος άεί ταϊόνιος. ισθισθη δέ ουδέ τότε εν πολλώ τικτόμενον πε- λάγησ.

Circumferuntur hæc incerti cuiusdam: αυτὰ τὸ πύρ καύσειν δι' ήμενός έτος, & νύκτωρ τὸν κελόν ήμείρων λύχρον άναφρογέ- σαι.

deür άτ' ήμης ψυχής άφον σίλας, έϊδθη γάρ με και όμεγον πολλήν ήξάνισι φλόγα. Quod spectant quæ Aul. Gell. retulit 19. cap. 9. ex Aediuo: Quid faculam præfers phileros, quæ nil opus nobis?

Ibimus, hic luget peccore flamma satis etc. At cur Amor igneus dicatur, ardere autē qui amore corripuntur, Paulus Silentia- rius ita:

--- αντίτύπου γάρ ευθής άποθρόσκει κούφος έρωσ κραδίνης όςρος όλισθήσασαν έχει φύσιν. ήν τις όϊσοδ άκρον έλη, φλογιν δύεται εντός όλος. ήλπίδι μη θείξης φρίνα μαχλάστ' γυιο- βόρον γάρ πύρ ύποριπί ζειθυμόν ήρακομένη.

Tumidis Naiadum.] Naiades aquatum Dea, άπό τῆ νάω βίω, διέτα: per quas hic castas & pudicas puellas matronasq; pos- sis intelligere. Quò referendum videtur il- lud Meleagri:

δεινός έρωσ; δεινός. τί δέ τὸ πλίσω ήν πά- λιν ήσω, και πάλιν οϊμάζων, πολλαί με δεινός έρωσ; ήγάρ ό παϊς τέτοισι γέλα και πυκνά κα- κισθές ήδεται, ή. δ' ήπω λοϊδύρα και τρέπεται- θάυμα.

Naiades quæ.

Ἰαυμά δὲ μοι, πᾶς ἄρα διὰ γλαυκοῖς
φανεῖσα
κίματος, ἐξ ὕγρῶ κίπρι σὺ, τῦρ τέ
τοκάς.

Sæus Amor? sæus. Quid tibi, si talia mæris
Conquerar? atq; iterum calia: sæus A-
mor?

Nimirum puer hac conuicia ridet, & ipse
Gaudet, & insulcat iurgia si qua loquor.

Ast ego demiror, glauco Venus edita ponto,
Qui flammam ex unda progenerasse potes?

Sæus Amor, Sæus. Quid verò amplius?
si rursus dixerò,

Et rursum, plorans sæpe, sæus Amor.
At enim puellus ridet, & sæpe vituperatus
Gaudet; si autem dixerò cōtumelias, in-
de insultat.

Mirum autem mihi, quomodo utique, è
glauco vbi apparuisti

Fluctu, ex humido, Cypri, tu ignem pe-
peristi?

Sæus Amor, sæus. Quid tandem? ut dix-
ero rursum,

Et rursum plorans, sæpeq; sæus Amor?
Nā puor hu ridet, nibili & cōiuita curat,

Insultās inātem si qua ego probra loquar.
Interea miror, cur è glauco edita fluctu,

Ex humore ignes, tu Venus alma, feras.
Ouidianum hoc conuenit 3. Amor. eleg. 5.

Flumina deberent omnes in amore iuuare:
Flumina senserunt ipsa quid esset amor.

At tu ne &c.] Hactenus refutatio fuit
veterum de Amore commetationum, tan-
demq; veram amoris descriptionem vlti-
mo disticho perstringit.

Ne capiare err. vrbibus] ne vanis figmen-
tis poetarum tam liu hær eas.

Iucundus labor est] Amoris descriptio
κατ' ἰναγτίωσιν, vt apud nescio quem:

Cura placens, prædulce malum, tristisque
voluptas.

Et apud Petrarcam: latens ignis, gratum
vulnus, lapidum venenū, dulcis amaritu-
do, delectabilis morbus, iucundum suppli-
cium, blanda mors. Amoris itaque finitio
est, vt sit labor iucundus in ocio lasciuio,
Id est, amātium vita omnis versatur in la-
bore, qui tamen labor voluntate suscipi-
tur, conseruaturq; atque augetur luxu &
ocio vt ex Seneca adduximus. Theophras-
tus rogatus, quid sit amor? animæ otiosæ
affectus, respondit. Quare duo opposita,
labor scilicet & otium, simul eodemq; tem-
pore, & eodem modo possūt in eodem hæ-

tere subiecto, vt loquuntur philosophi. Vn-
de illa sunt de amore vulgò etiam uocata, ex
ocio amoris nasci, ipsumq; ocio sum esse:
sed amatores ipsos laboriosam & ærumma-
rum plenam vitam trahere. Vnde illa
Ouidiana:

Otia si tollas periere Cupidinis arcus.
& Tam Venus ocio amat. quia facile solet
amor irrepere in male feciatos & desides
animos, quiq; ferè nulli honesto labori dāt
operam: est enim otium patens libidinis.
Itaq; rectè Ouidius:
Quæritur Egebius, quare sit factus adul-
ter?

In promptu causa est; desidiolosus erat.
At vbi sunt amoris correpti & irretiti la-
queis, tum demum sentiunt sese laborio-
sam vitam agere. Ex quo hæc eiusdem
poeta:

Militat omnis amans, & habet sua castra
Cupido.

Idem: Amor odit inertes, &
Militia species amor est, discedite segnes, &
Qui non vult fieri desidiosus, amet.

Signum illius est &c.] Amoris symbo-
lum est, Punica glans in nigra scuti plani-
tie. Quod libidinis & obscœnæ volupta-
tis actum significat; cuius schema est mar-
lum Punicum in nigra scuti planitie, quæ
representant similitudine quadam sexus
vriusq; γεννητικὰ μόρια. Punicum quō-
dem dulci sapore, sed amaro cortice, mihi
referre potest ἡδονὴν γλυκύτητος. Nigra
planities cæcitate & caliginem, quibus
implicatur, qui turpiter amant. Cæterum
vir doctus quispiam ait, hic glande signifi-
cati partem obscœnam genitalium, quam
Cornel. Celsus, Arist. & Galenus Balanon
appellant, quod glandem significat: ceterum
virilis penis prior pars, quæ Latinis est mē-
tula. Scutum verò siue clypeus, τὰ τῆς γυ-
ναϊκῆς αἰδοῖα significat. Nam clypei no-
men, latens & arcanum habet significatū.

Clypeum quidem à κλύειν dici volunt,
quod eluere, id est, morem gerere signifi-
cat: vel eo quod elepat & celet totum cor-
pus, vt notat Sospater Charisius: vel γλῶ-
πτειν, eo quod imago & facies cuiusque
redderetur: quas tamen originaciones ali-
qui trahunt ad obscœnum sensum, de quō
hic aliquid apertè dicere me pudor vetat.
Vide Godefrid. Steyvech. ad Veget. Glandem
verò accipi pro mentula, obscœno
nempe significato, cōfirmo Arcadium epi-
theto

Ex ocio a-

Amor mē-

Symbolis
Amoris.

Clypeus
quid.

Glās quid
hoc loco.

theo, qui *Βελασπορύσι* dicti, ob luxum nuntios, & obscenam Venerem legibus veteram: & id quidem symbolum glandis in nigra clypei planicie mihi suggerit eiusdem sensus Hieroglyphicam. Veteres pingebant Venerem myrto coronatam. Myrtus pudendi muliebris significum habet. Iulius Pollux onomastico, carunculam esse dicit intra muliebre pudendum lasciuo quodam motu nonnunquam subsultantem. Hinc iocus apud Aristophanem, ubi chorus senum ait, ensem posthac se in myrti ramo gestaturum. Quae de re fabula haec à Graecis circumfertur. Faunus Hecatem filiam sollicitavit ad stuprum: quem cum auerfaretur peculacem, ille virgam myrtea fertur eam primum verberasse, deinde vini tormentum adhibuisse, mox in angustis conuersum spiritus totam implicuisse, atque ita pudicitiam virginis rapuisse. Quae fabula virga myrtea, nequitiae est imaginatio, vinum mentis hilaritas; at angues multiplices modos voluptatis representant. Innuunt haec poeta:

--- Quos durus amor erudeli tabe pedit,
Secreti celat ut callos, & myrtea circum
Silua tegit. ---

Haec interpretatio licet sit genuina & naturalis, Sanctius tamen tanquam prauam illam & impudicam respicit: & picturam talis laboris cum iucunditate misti clypeum esse dicit nigrum, qui color est laboris indicium; & in medio clypei glans Punica, cuius succus ex dulci & amaritudine constat. Quod infra Emblem. 207. clarius expressit Alciatus, de malo medica loquens: *Aurea sunt Veneris poma haec: incundus amaror*

Indicat: est Graecis sic γλυκὺ πικρὸς Ἄμωρ.

Plautus Cistellaria, Act. 1. Scen. 1. quod eniam supra citauimus:

Nam castor, Amor & melle, & felle est sacundissimus:

Gustu qui dat dulce, amarum ad satietatem usque oggerit.

Porro quemadmodum in repido (inquit Muretus var. lect. 16. 1.) remissi caloris ac frigoris quidam quasi cinnus est: ita multae sunt voluptatis & doloris permissiones, ut cum alibi, tum in amatoria leuitate,

IV.

FINGANT & resingant alij *ἔρωτα καὶ ἀντίρωτα*, & egregie ingenia exerceant; ego aliam depingam Cupidinem, aliam

mihi statuum statuum, alium amorem pro ducam; non nudum, sed sartum tectum; non alatum, sed constantem; cuius symbolum in fulgido fidei vexillo est ter sancta Crux, roseo irrorata sanguine. Naturae ductum sequimur plerique ac semina ab ea insita, diuerso sine, differentibus studijs; imò non sequimur, sed potius trahimur, ita imperiosa est nonnunquam & importuna nouera illa, nisi moderamen adfit & clauus, qui dirigat. Ad praua certe vehementior stimulus, & mens nostra vestigijs illi, quae ad ruinam & praecipitium ducunt, multò quam ad virtutis semitam confectandam procliuior. Sciscitari lubeat hominem potationibus continuis impensè deditum, quid integros dies noctesque traxisse bibedo delectet adeo, vel iuuet? Ab radice deriuabit vitiū, & in naturam traseret, atque indolis sub ea magistra corruptelam. Ecce tibi tuū *ἔρωτα*. Causas libidinis suae scortator rogatus, & qui signatis folijs & reseris perdit horas aleator, conuenit pruritu illo ac lasciuiae flammis, quas è seminis sanguinisque traduce intensiores imbibet, ille; hic, naturali quodam ad ludicras animi relaxationes impresso affectu se suamque culpam defendet. Sed riuus isti malitiae ac prauitatis ex alio fonte sunt & vena, quae si non generat & educit, affluit tamen & producit, datque incrementa. Haec assuetudo est, & conceptae voluptatis imaginaria apprehensio, quae calcari addunt animo, ut frui desideret; & contumaciam, ne à libaris semel facile diuellatur, cum dispendio etiam fame & salutis. Exemplū sit, qui telo Cupidinis traiectus, amoris iugū humeris suis vel semel sustinuit, quid aliud nisi hortos Veneris & deliciarum omnium praesens sibi fingit & imaginatur theatrum? In eo rosas colligit, lilia delibat, decerpit violas, in areolis iniquitatis & impudentiae: totus est ibi dormiens, vigilans: transeunt horae, transeunt dies in ijs excubijs. In summa, amat, amari vult, amatam quaerit, quaesita fruitur; haec esca, hoc viscum, hic hamus, qui implicat & capit. Sic quiescit tamen, & in pace est, aut videri vult: ita beatum se censet, hic terminus voti. Ebriosus ad eundem finem, eodem intento, ad malum, pessimo uterque; O longè aliter, Cupidinis mancipia. Somnia sunt & illusiones, imò prolusiones ad interitum animae. Cauebunt ab his nassis qui sapiunt.

Ostendo

Amoris
diuini
symbolum
S. Crux.

Trahit
sua quaeque
voluptas.

Color niger laboris index.

Amor di-
uinus un-
de qua-
rendus.

Ostendo medelam, quæ vel præuertit, vel auertit morbum, Viridaria deuotionis & piorum rosata ingredi, Roseulos inuenies, succum exprime & applica. Progignit illos Caluarix vertex & Oliueti, Bethleemiticus & Nazatenus ager: spinæ ambiunt, sed egrediuntur supra & prominent: aculei minantur & vallant; cordis verò digitus, armatus non lasciuo illo ac procaci, sed diuino amore ac cælesti, penetrat, caput, & in sinum colligit. Foue, foue, quisquis es, cui tanti thesauri capax gremium. Tale debet esse profusus, aut obnoxium præfatis malis inuadunt ista & irumpunt, nisi prophylacticon hoc & præmurale, Christus nascens, laborans, moriens. In ipso solo securitas, & flammis, quas ingerit & infundit menti, quibus tacta liquecit, ut nix ad Solem. Admirabilis est splendor & vis huius ignis, adurans, penetrans, consumens: exurit fæces terrenas in quo gliscit, resoluunt glaciem corporis, curatum frigus dissipat, vertit in aliam naturam. Ex quo silice eliciendus? inquis. Lignum pro silice percute, suscitabis; lignum vitæ, in quo mors comita. Inferre corbis sarcinulum de hac arbore, si non ipsam radicem, si nec stirpem vel ramum. Ad nucleum seu medullam rade, dulcedo tanget aliqua, sed sua amaritudine diluta, & icelle attemperata. Naturam lauro ac hederæ inesse, ut ex attritu ignis scintillet, cõstãs scriptorum quorundam est opinio. Nouum ego tibi hic genus ligni ostendo, totum igneum, totum ex flamma. Si pectus friget, & abdita mentis, guttulâ instilla de hoc succo arboris, carbonibus cõcipies deuotionis uiuos & spirantes. Si muë sentis lassitudinis ad illa superna, trahere in amplexus, & affrica ramulculum de hoc germine, incalcesces & afflaberis, velut ex turno, amoris incendio: nihil enim in hoc, nisi merus ignis, nisi intensissi-

Amor di-
uinus
quomodo
γλυκύ-
πικρός.

Amor di-
uinus in-
quis.

ma pruna, quam crescenti substravit diuina Charis. Tange, explora, imò deuora innoxium est, salutis & vitæ nutrimentum. Videmus pericula & casus in fluxa hac & instabili peregrinatione: videmus ludibria fortunæ, mortis, dæmonis: hoc scutum sit aduersus ea, hæc glans aræa & catapulta. Torrens iste mortalitatis traijciendus vorticibus præceps, baculus hic sit, qui gressum vacillantem fulciat. In clibano coquimur æstantium libidinum: refrigerium hic queramus & vmbra. Spiritus malignus turbat & mordet: arripimus hanc citharam, quæ tumultuantem compescat. Serpentes mortiferi desertum hoc infestant: erigatur stipes hic sacer in medio, conspectus sanabit. Sitis vrget, nec sapiunt aquæ in Marah insuauis & inpotabiles: immitamus hoc lignum, nectar fient. Gusta, mi homo, gusta: solatur, nõ cruciat iste Amor: depellit ærumnas animi, nõ inferit: distrahit curas, non seminat: laxat dolores, non incendit: eleuat spiritum, non deiecit: patens læticiæ est, basis fidei, anchora spei, fomes amoris, patientiæ speculum, clauis celi, polaris stella vitæ, ac lucida Cynosura, quæ sola genus humanum peccatorum diluuiio obrutum, ad æternæ vitæ portum, & ex carceribus his per stadium immortalitatis, ad metam deniq; & coronam dirigit, quæ nec annis marcescit, nec frigore. Ceterum de amore copiosè scripserunt (ut hoc corollarij loco subiungam) Ælianus in var. hist. Plato Dialogo de Philosoph. & Conuiuio, Xenophon in Symposio, Andreas Capellanus Regius in Eroticis, Volterranus lib. 32. Marsilius Ficinus lib. 1. cap. 56. Ludou. Viues 3. de Anima. Brunson. lib. 1. c. 2. & alij quàm plurimi, quorum copiosam catalogum habes in principio Eroticorum Andrea Capellani Regi, auper à Detmaro Mulhero editorum.

Virtus &
Crucis.

Amoris
diuini
vis.

Scriptores
de amore.

